

fi autem omnem substantiam diuidere velit, hoc etiam ipsi liberum erit, dummodo suam personam inter illos connumeret, & tantumdem sibi retineat, quantum vni ex proliis equaliter institutus relinquit. Vnde si quinq; millia aureorum in bonis habeat, & quatuor sint proles, siue liberi, mille aureos pro sua persona deducet. Quod si autem post ingressum monasterij, antequam de bonis suis disponat, moriatur: legitimam portionem reportabunt filij: reliquum monasterio adducitur, per textum expressum in Authentica. si qua mulier. C. de sacrosanctis Eccles. ibique gloss. Bartol. Bald. Iaf. Gilchenius, & Doctores communiter notant. At quid statendum, si ingressus liberos non habeat, sed parentes: equid inter eos testari poterit? Et illum etiam inter parentes, (repudiata Azonis opin. contraria) testari posse, no sine ratione affirmat Iacob. Butrigar. Odofred. Salicet. num. 9. & Bartol. num. 19. in dicta Authentica si qua mulier. C. eodem. Tum quia eadem est ratio æquitas in patre, quæ in filio; cum vicissim ei hereditas debita sit, saltem ordine turbato, licet non ex voto: & proinde ita patri datur quærela, sicut filio. l. pater filium 14. & l. sequent. in princip. ff. de inoffic. testament. Vnde quomodo legitimum filiorum suum augmentum recipi: ita & in partibus quadrans in trientem est commutatus. Nouell. 18. cap. 1. & latius probauimus in §. vltim. nu. 19. & seqq. Institut. de inoffic. testam. Tum quia parentes in legitima superant pauperes, & captiuos, per textum indistinctè loquentem in Authentica presbyteros, & diaconos. C. de Episcopis, & Clericis. Sed pauperes, & captiuos superant monasterium, & in Authent. nisi rogati. C. ad S. C. Trebell. Ergo & parentes in legitima monasterio superare debent. Tum quia ingressus dicitur sua cõferre monasterio iure donationis, teste Bartolo. Atqui parentes possunt

9 Quo ad secundum vero, an professus & possit testamentum antea conditum reuocare, idem est dicendum, vt scilicet, in quibus casibus professus potest testari, in illis etiam

vsque ad legitimam, donationem inofficiosa reuocare, l. si filius 4. C. de offic. donat. Ergo dicendum est, quod si ius etiam testando eis aliquid relinquere possit. 24 Huic sententia non obstat, quod monasterium habeatur loco filij. Nouell. 123. c. 37. d. Auth. nisi rogati. C. ad S. C. Trebellian. cap. in presentia 8. de probationibus. Filium autem excludere parentes certum sit, Auth. in successione. C. de suis, & legit. liber. Nam respondetur, monasterium non haberi loco filij, nisi in casibus iure expressis, vt notat Imol. & Are. in l. si ita quis, §. 1. §. is, cui. ff. de le. 2. Panormitanus, & alij in dicto cap. in presentia 8. de probationibus. Sed nullibi in iure reperitur expressum, quod monasterium habeatur loco filij ad exclusionem parentum. Preterea nec fictus filius monasterium dici potest. Si enim monasterium esset filius: sequeretur, quod monasterium tot censeretur habere patres, quot monachi in monasterio repererunt. At consequens est falsum. Ergo & antecedens. Falsitas consequens inde relucet, quod fictio saltem in genere imitari debet naturam, §. minorem 4. Institut. de adoptionibus. Sed secundum naturam etiam in genere impossibile est, quem habere plures patres naturales, leg. filium 6. ff. de his, qui sui, vel alieni iuris sunt. Ergo nec per fictionem illud induci potest. Verum vide Thadæum Pisonem, copiosius illud enodantem dicto lib. 1. var. resol. cap. 8. num. 6. Harprec. h. An professus possit testamentum antea conditum reuocare. 27 Monachum post factam professionem, neque mutare, neque reuocare posse testamentum ab eo ante professionem factum, nisi inter liberos testetur, concludunt vitra Clarum nostrum, Didac. Couarr. in c. 1. nu. 9. in fin. Grass. in d. §. testamentum, q. 34. nu. 8. in fin. cõsq; referens Pifod. c. 8. nu. vlt. Harprec.

QVÆSTIO XXIX.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Monachus, vel Religiosus an possit capere ex testamento.
- 2 Duo esse genera mendicantium.
- 3 Fratres minores incapaces esse relictorum ex testamento.

ADDITIONES.

a **A** N scilicet monachi, vel religiosi possint capere ex testamento.] Addendum hoc loco, quod Monachus, & Religiosus propriè ille dicitur, qui tria vota proficitur: nempe votum castitatis, pauperatis, & obedientiæ, cum ad monasterium 6. de statu monach. Et etas, quæ ad proficendum isthæc tria vota requiritur, olim erat annorum 14. in masculo, & 12. in femina. c. significatum 11. & capitulum vltim. 12. de regularibus, can. puella 20. q. 2. c. 1. de regularibus in 6. hodie verò est annorum 16. completorum, ex Concil. Trid. sess. 25. c. 14. Harprec. b Distinguedum est inter mendicantes, & alios religiosos.] Hic addendum, 2 quod hodie ex dict. Cõc.

QVÆSTIO XXIX.

R Estat nunc explicandum capituli questionis, an scilicet Monachi, vel Religiosi possint capere ex testamento, & in hoc distinguendum inter mendicantes, & alios Religiosos, quorum Monasterijs permissum est possidere bona immobilia. Et quo ad mendicantes, fac regulam, quod ipsi non possunt ex testamento capere bona immobilia: & in hoc omnes conueniunt. 2 Debet tamen scire, quod duo sunt genera mendicantium. Alij enim sunt mendicantes ex Regula; alij ex suis constitutionibus. Mendicantes ex regula sunt Fratres Minores primi Ordinis illis enim B. Franciscus expressè

in eorum institutione, & regula prohibuit, ne quid proprij prorsus haberent, neque quid immobile possiderent in communi. Alij verò sunt mendicantes non ex regula, sed ex suis constitutionibus. Et quod Fratres, seu Religiosi, non solè ex regula, sed etiam ex suis constitutionibus iudicètur, mendicantes, tenuit Cald. consil. 17. sub tit. de Regularibus. Et est communis opinio, Dec. in cap. ad nostram, nu. 11. de appellat. Et de istis potest poni exemplum in Fratribus Predicatoribus. Illi enim licet ex eorum regula non sunt mendicantes (nam militat sub regula B. Augustini, qua permittit possidere immobilia in communi) dicuntur tamen mendicantes, quia ex eorū Constitutione, id eis est prohibitum. Ita tenet Bald. in d. c. ad nostram, & est com. opin. vt attestatur Bertrand. conf. 206. nu. 3. lib. 3. in 2. parte. Et quod Predicatores non dicantur incapaces bonorum immobilium ex eorū regula, sed ex suis constitutionibus, dicit communiter teneri Bertrand. conf. 152. num. 2. lib. 1. in 2. parte, qui etiam consil. 112. num. 3. in 2. part. attestatur hanc esse magis communem opinionem. Hoc

c Fratres Minores.] Quid si ipsorum minorum Ecclesiæ & contentus, no autem ipsi fratres minores institutione, vel legato honorentur? Bart. credit institutionem, & legatum valere, in l. ciuitibus, de leg. 1. in l. seruos de alimen. & cib. leg. Dec. conf. 299. num. 12. Abb. conf. 63. vol. 2. contrarium idem Bart. defendit l. 1. C. de conduct. & product. Bald. consil. 438. & consil. 479. vol. 2. Dilect. tit. de his qui no habet test. fact. caut. 11. Sed de tota hac quæst. vide latius Gabr. tit. de hæc. instit. concl. 1. & tit. de leg. conclus. 1. Gouean. Fratres minores nullo modo possunt capere ex testamento.] Quatenus Fratres minores, & predicatores, & alij religiosi no mendicantes sint capaces hereditatum tam ex testamento, quam ab intestato, post Clarum nostrum hic Michaellem Grassium lib. 1. recept. 3. & 4. in c. presentia, nu. 69.

Hoc præmissis, dic. quod fratres Minores nullo modo possunt capere ex testamento, neque in proprio, neque in communi: vt est text. expressus in c. exijt. de verb. signif. in 6. & in Clem. exini. de verb. signif. Fratres autem Predicatores, & alij mendicantes, exceptis Minoribus, possunt capere ex testamento, etiam bona immobilia, non tamen vt ea retineant, neque in proprio, neque in communi, sed vt vendant, & eorum pretium in suas necessitates conuertant. Ita dicit gloss. notab. quæ semper ad hoc propositum solet allegari, in cap. 1. in verbo, Domum, de religio. domibus in 6. Et dicit Calder. conf. 46. sub tit. de testam. quod hanc conclusionem tenent omnes Scribentes Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alex. conf. 88. num. 1. lib. 2. Dec. conf. 59. post nu. 3. & 4. in c. presentia, nu. 69. de probat. Et licet aliqui ex præallegatis Doctores loquantur de bonis eius, qui ingreditur religionem, de quo etiam dixi supra, hoc eod. lib. 5. Idem etiam, & forte plus dicendum est in bonis legatis: prout loquitur gloss. in d. c. 1. & multi ex DD. supra allegatis. Non enim dicuntur accipere immobilia, ex quo statim illa vendere intendunt, & pretium in suas necessitates conuertere. Caue tamen, ne decipiaris, quia licet antiquitus per constitutionem capituli generalissimi fratrum Predicatorum cautum fuerit, ne proprium quid immobile possiderent: tamen postea per contrariam constitutionem alterius capituli generalissimi illa prima constitutio fuit reuocata: & sic hodie sunt capaces bonorum immobilium in communi, prout sunt alij non mendicantes. Et de hoc etiam extat amplum priuilegium eius concessum a Sixto Papa, eius nominis IV. & ita indifferenter obseruatur. 4 Quo vero ad alios religiosos non Mendicantes, quibus permissum est possidere bona immobilia in communi, dicendum est, quod proculdubio possunt capere ex testamento, non tamen vt sibi acquirant, sed monasterio: & in hoc nemo discrepat.

QVÆSTIO XXX.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Monacho hæredem instituto an deseratur hæreditas monasterio
- 2 Si monachus hæres sit institutus, eique substitutus a testatore datus: an substitutus, si monachus repudiarit delatam sibi hæreditatem, monasterio sit præferendus.
- 3 Monasterium quatenus per monachum acquirat.
- 4 Ius adeundi semper personæ institutæ adhaeret.
- 5 Monachus nil proprij habet, vt & seruus.
- 6 Quæ species voluntatis sit penes seruum.
- 7 Facti quæ sunt, in alium transire non possunt.

ADDITIONES.

1 **A** N monacho instituto repudiante, monasterium præferatur substituto.] eo casu, quo monachus hæres institutus repudiar delatam sibi hæreditatem, substitutum monasterio præferri, in puncto istius verius ego (non attempta opinione contraria, communissime recepta, cuius auctores, & defensores plures citat, probatque Ioanes Dauth. ad l. 1. n. 128. & seqq. ff. de vulg. & pupill. substitut.) putauerim. Licet enim monasterium omne, quod acquirat, per monachum acquirat, leg. Deo nobis 56. §. huius autem 2. Cod. de episc. & cleric. id tamen, factò & additione monachi intercedente, intelligendū est. leg. ei, qui. 13. ff. de conditionibus institut. præferim cum aditio in omnibus (exceptis suis, & necessarijs) hæredibus necessaria reputetur. Nemo quippe ex eo, quod hæres institutus sit, locupletior perhibetur, nisi ipsa aditio accesserit, leg. pretia rerum 63. in princ. ver. sed nec hæredē. ff. ad leg. Falciat. Et sane nihil absurdius est, quam vt is, qui in aliena est potestate, aut faciliore, aut alio modo, alium quempiam hæredē faciat, quā quo ipse hæres esse posset, si sui iuris esset. Iam vero exploratum est, monachum, si sui iuris esset, aliter hæredem esse non posse, quam adeundo. l. is, qui hæres.

13. de acquir. vel omit. hæred. l. cum proponas; C. de hæredib. institut. Adde, quod ius adeundi semper personæ institutæ ita adhaereat, vt nullo modo ab ea auelli possit, argum. d. l. is, qui hæres 13. & l. is potest 28. ff. de acquir. vel omit. hæred. l. potuit 5. C. de iur. delib. Eius siquidem est adire hæreditatem, cui illa delata est. l. delata 151. vbi Gæddæus. ff. de ver. significat. Neque obstat huic sententiæ can. non dicatis 11. caus. 12. q. 1. & cap. si religiosus 27. de electione, & electi potest. vbi expressum est, monachum nihil proprij habere, & quæcunque acquirat, in potestate est constitutus, acquirat, initio, & §. item vobis acquiritur 3. Instit. per quas pers. cuique acquir. l. etiam inuitis 32. de acquirend. rer. domin. neque etiam vllam voluntatem habere censetur, arg. l. velle 4. de reg. iur. Tametsi interim num negatur, penes seruum eam voluntatis speciem esse, quæ in mero

mero factio consistit, & hic desideratur. Ius quidem facere potest, ut quis sit haeres; non autem, ut institutus sit quoniam hoc factio est. At quae factio sunt, in alium, siue is dominus sit, siue pater, siue alius quispiam, transire nec solent, nec possunt. I. qui haeredi. 44. in princip. ff. de condit. & demonstrat. Quare talem voluntatem, quae factio est, nec in monasterium transire posse certum est: maxime cum haereditas non monasterio, sed ipsi monacho sit delata. d. l. Deo nobis. 56. §. 1. C. de episc. & cler. Ea que de re videantur Claud. Chiflet. in tract. de success. cap. 9. Ant. Faber de erroribus pragmat. decad. 26. error.

Substitutio. Item, an monasterium, vel etiam solus Abbas possit adire: de quibus omnibus suis locis tractauimus. Scias ergo, quod in hoc articulo magna fuit controuersia inter Canonist. & Legistas: nam communiter Canonist. tenent, quod ipso iure, & absque aliquo facto ipse monachi, bare ditas immediate deferatur monasterio, ut dicit Corn. consil. 272. in littera C. libro 3. subdens, quod haec opinio debet praeualere in foro Canonico. Hanc etiam dicit esse communem opi. Canon. Soc. consil. 183. circa princ. li. 2. & consil. 245. nu. 3. eo. vol. Curt. iun. consil. 48. num. 2. Rip. in l. 1. nu. 203. ff. de vulgar. Paris. in d. c. in presentia, nu. 203. de probat.

Ex alia parte communiter Legista tenent, quod imò prius haereditas deferatur monacho, & deinde ex persona monachi acquiratur monasterio, ut dicit Bertrand. consil. 73. num. 3. lib. 3. 2. par. Et hanc esse commun. opin. Legistarum attestatur Socin. in d. consil. 183. circa princ. & consil. 52. num. 10. libro 4. Rip. in d. l. 1. numero 105. Gulielm. de Bened. in 2. parte repet. cap. Reynutus, fol. 25. numero 81. Purpurat. in l. fin. numero 191. C. de patris. Hec est ardua questio, & satis periculosa, propter infinita argumenta, quae hinc inde adducuntur per Doctores. Propterea in tanto consilio tu opinionum credo, quod Index non erraret, sequendo in foro Cesaris opinionem Legistarum, & in foro Canonico opinionem Canonistarum.

7. Polit. de vulg. substit. num. 54. Sfort. Oddus in praed. substit. par. 2. q. 4. nu. 5. Ant. Peregr. de fideicom. art. 28. numer. 16. Goucan. ad tit. ff. de vulg. & pupill. substit. num. 21. cum seqq. & Thad. Piffo libro 1. variat. resolut. cap. 11. nu. 24. & sequenti ubi plures allegatibus. Harprec. b. Possit adire. Item quid si monachus non vult adire haereditatem, Abbas an possit & utrumque commune dixi in collect. mea commun. opin. in verb. Monachus, nu. 6. & 7. Giach.

scitisset pater, nihil ei reliquisset. Graff. d. §. instit. q. 7. nu. 10. in fine. Porro qui proprie dicantur liberi naturales tantum, ite spurij, siue vulgo quaestiti, & ex damnato coitu nati; an item, & quatenus suis parentibus succedant, dilucide exposui ad principium tit. Instit. de haered. quae ab intestat. defer. nu. 211. cum seqq. num. 285. cum seqq. & nu. 294. cum aliquot sequentibus. Harprec. d. Ex damnato coitu. Hic cadit pulcherrima dubitatio, nunquid filij nati ex coniugio prohibito censentur legitimi, si ambo coniuges ignorauerint impedimentum matrimonij? quod sic receptum esse ab testatur Rol. consil. 93. nu. 18. li. 3. ubi etiam tales excludunt substitutum vocatum per verba simplicia. Et quod plus est, tales filij nati ex matrimonio putatio succedunt etiam in feudo: verum ut efficiantur legitimi, & patri succedere possint, requirunt, ut matrimonium haud sit clandestinum, sed celebratum in faciem Ecclesiae, praemissis publicis denunciationibus in Ecclesia, & seruiata forma cap. cum in inhibitione. de clandest. despon. commune, per Rol. ubi supra nu. 26. Et est hodie in nouatum per S. C. Tridenti. Sessio. 24. sub decreto de reforma. matrimonij, cap. 1. Giach.

nato a coitu? Respond. quod huic filio non potest pater in testamento aliquid relinquere, ut est text. in d. Auth. licet in fin. Nisi forte occasione alimentorum. Tenetur enim pater huismodi filios alere etiam de in re civili, ut dixi in dict. §. filius. Sed quid si pater habens filium spurium, illum in testamento haeredem instituat, vel aliquid relinquat. Resp. quod talis institutio, & relictum nihil valet, & pro non scripta habetur: illud autem, quod relictum erat spurio, non applicatur fisco; neque fisco illud auferat ab ipso spurio, tanquam ab indigno sed deferunt venientibus ab intestato, vel haeredibus institutis, si qui extant. Ita dicit Bart. in l. fin. nu. 8. ff. de his quibus ut indignis, & in l. haereditas, nu. 1. C. de his quibus, ut indignis, & est communis opinio & conclusio Doctor. v. bique, ut attestatur Alex. consil. 74. nu. 6. lib. 5. & in l. si is qui post nu. 3. ff. de vulg. Quam tamen intellige, ut procedat, quae do eis palam relictum est, secus autem si haeres, vel aliquis alius patri testandi fidem accomodauit: nam eo casu fisco ab eo auferret tanquam ab indigno, ut dixi infra, lib. 5. §. si. q. 79. vers. Quando haeres. Ratio autem differentiae est quia, quando relinquit filio spurio, relictum habetur penitus pro non scripto, ex quo ipse spurius est prorsus incapax: & sic fisco non habet a quo auferat: sed quando relinquit alteri, qui fidem accomodauit illud dandi filio spurio, ille quidem est capax, sed quia fidem in fraudem accomodauit, fisco ab eo illud auferret, tanquam ab indigno.

thent. quibus mod. natu. effi. sui. §. vltima siquidem, in verbo, Participium, quam sequuntur communiter Doctores, ut dicit Ioan. Garo. in l. 1. in textual. n. 37. in f. C. de secund. nupt. Sed pone, quod pater habens filium spurium, instituat aliquem extraneum haeredem, qui deinde moriens ipsum spurium haeredem in bonis sibi ab eius patre relictis instituat, nullo modo praesumentur haec facta in fraudem, ita ut fisco ipsa bona ab eis auferre possit? Resp. quod non. Ita dicit Bart. in d. l. si is qui nu. 3. quem sequuntur communiter DD. ut dicit Alex. in ead. l. si is qui nu. 6. Quod intellige, ut procedat, nisi aliqua alia coniectura fraudis concurrerent, puta quia ille institutus dum viueret, semper permisisset istum filium spurium huiusmodi bona possidere, vel similes.

6. Scias tamen, quod haec omnia intelligenda sunt, ut procedant in filio spurio non legitimo. Nam si esset legitimus, vique posset etiam a patre haeres institui, & ei quocumque titulo relinquere. Quinimò si esset a patre in testamento praeteritus, illud rumpere ad instar legitimi, ut dixi infra q. 84. Et hoc quidem de plano procedit, quando est legitimatus, tempore quo a patre haeres instituitur. Sed quid si legitimus post conditum testamentum, nunquid institutio reconualecet? Resp. Aut fuit legitimatus viuo ipso patre testatore, & tunc legitimatio retrahitur ad tempus testamenti, & consequenter institutio conuallidatur. Aut vero fuit legitimatus post mortem patris, & tunc legitimatio non retrahitur, & sic institutio non reconualecet. Ita communiter tenetur, ut dicit Alex. in l. Gallus, §. instituens post n. 2. vers. Si autem filius. Et hanc dicit esse commun. opi. Goza. consil. 21. post n. 35. vers. Ad quintum. Bene verum est, quod si pater ipse iussisset filium legitimari, credere idè dicendum, quod si ipso patre viuente legitimatus fuisset, ad quod faciunt ea, quae dixi supra, li. 2. §. filius.

7. Sed quaero, nunquid possit pater filium spurium instituire sub conditione, si legitimabitur? Resp. quod sic: & talis institutio valebit. Ita tenent commun. DD. ut dicit Cag. in l. quando. post n. 3. ff. de reg. iur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Bauer. Instit. de haered. instit. §. haeres, numer. 6. & seq. Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil. E. 14f.

Petrus a Duen. in tract. de public. concubin. pag. 314. num. 14. hocque cum alijs referens Graffus d. §. institutio. q. 7. num. 13. Harprec. Nam si esset legitimatus. Quid si institutio esset facta de filio minus legitime legitimato, an valeat? quod non: dixi in colle. mea commun. opin. in verb. legitimatio num. 1. vide ibid. Giach. Nam si esset legitimatus. Si scio, & memoria teneto, legitimato maiorem portionem relinqui non posse, quam vni legitimo minore portionem habenti, Dec. consil. 393. n. 2. Verum si minus solemniter legitimatus instituitur, non tenet institutio, Cast. in l. eam quam, per illum text. C. de fideicom. Paris. consil. 10. num. 22. vol. 2. & consil. 21. n. 227. eod. Dec. consil. 276. vers. non obstat, & consil. 230. 288. 454. l. a. consil. 227. vol. 4. Goucan. Nam si esset legitimatus, utique posset etiam a patre haeres institui. Ad de quod idem sentientes Bartolom. in leg. ex facto. 47. ff. de vulg. & pupill. substit. Patitium consil. 10. nu. 74. lib. 2. consil. 7. n. 1. & consil. 8. num. 7. lib. 7. eosque laudantem Graffum d. q. 7. n. 5. Verum de legitimandi modis, & legitimatorum successione accuratius discussuri ad §. aliquando. 13. Instit. de nupt. & ad dict. princ. tit. Instit. de haered. quae ab intest. deferunt. n. 210. & multis sub seqq. Harprec. Si legitimabitur. Idem de institutione facta sub conditione cum capax fuerit: quae similiter redditur valida commune dixi in dict. collect. mea commun. opin. ubi supra. 2. Item quod institutio conditionalis haud transmittitur ad haeres, moriente instituto ante impletam conditionem: commune etiam dixi sub numero 1. Giach. Quaestio.

Q V A E S T I O XXXI. S V M M A R I A Ex Claro.

- 1 Filius naturalis an possit capere ex testamento.
2 Et an spurius.
3 Et an relictum factum spurio applicetur fisco.
4 Et quid si relictum sit ab extraneo.
5 Et quid si relictum sit a patre extraneo haeredi, qui deinde spurium instituat, an praesumatur factum in fraudem.
6 Et quidem in spurio legitimato.
7 Et quid si instituat spurium sub conditione, si legitimabitur.

- Ex Additionibus.
1 Filius naturalis an excludat substitutum.
2 An & quatenus filius naturalis a patre haeres institui possit.
3 An item spurius ex damnato coitu natus.
4 Cur filius vulgo quaestus institui nequeat.
5 Qui proprie liberi naturales tantum, item spurij siue vulgo quaestiti, & ex damnato coitu procreati dicantur, remissive.
6 Nati ex coniugio prohibito an censentur legitimi, si coniuges impedimentum ignorauerint.
7 Vtrum tertius aliquis haeres patris possit filium spurium testatoris instituire.
8 Spurium an pater teneatur alimentare.
9 An filius spurius legitimatus a patre haeres institui queat.
10 Equid statuto induci possit, ut filius spurius instituat.

A D D I T I O N E S.

Filius naturalis. Obiter quaero, an filius naturalis excludat substitutum? quod sic, commune dixi in collect. mea commun. opin. in verb. Filius, num. 58. & num. 59. ubi etiam non succedat, tamen conditionem fideicommissi facit deficere, & ibi etiam posui regulam cum octo fallen. remissive. Giach.

In quota parte possunt parente filios naturales sibi haeres instituire. Com munis est & indubitata conclusio est: quod pater, etiam legitimis liberis existentibus, possit in testamento suo vnciam liberis naturalibus, & eorum matri relinquere, id est, parte duodecimam bonorum, per textum in l. matre 2. C. de naturalibus liber. legitimis vero liberis deficientibus, possit filium naturalem vniuersalem haeredem instituire, etiam si habeat ascendentes; dummodo tamen legitimam partem eis relinquat. Authent. licet patri. C. eo. Huiusque authent. dispositionem procedere etiam de iure canonico, & hodie in usu ac practica obseruari, vltra Clarum hoc loco testantur Hostiensis, & communiter omnes in cap. lator praesentium 5. & c. tanta 6. extr. qui filij sint legitimi. Parisius consil. 14. num. 15. lib. 2. & alij, quos referendo sequitur

Q V A E S T. XXXI.

Quaero, nunquid filius naturalis, vel spurius, habeat testamenti factionem, intellige de passiva, an scilicet possit capere ex testamento? Nam de actiua nulli dubium est, quod potest condere testamentum: & pro resolutione, omittendo quid esset institutum de iure digestorum, habemus text. expressum in authent. li.

Michael Graff. lib. 1. recept. sent. §. institutio. q. 7. n. 2. Harprec. Sed quid dicendum est de filio spurio? Expediunt est ei, quod si ex damnato coitu natus est, nihil ex testamento relinqui possit. d. Auth. licet in fin. C. de naturalibus liber. Secus est in alio spurio, non ex damnato complexu, sed ex soluta & soluto, etiam non concubinaris, procreato: dummodo pater certus sit. Talem enim, ad instar filij naturalis, secundu voluntatem patris succedere posse, tenent Cacher. decis. Pedemon. 85. num. 1. Rolandus a Valle consil. 85. nu. 1. vol. 3. Alcanius Clement. in tract. de patr. potest. ca. 6. effect. 16. nu. 33. & Franciscus Burfat. consil. 83. num. 1. lib. 1. Si vero filius fuerit vulgo quaestus, ut quia mater erat publica meretrix, & omnibus se

cet. C. de natural. lib. in qua videre potes, in quibus casibus, & in quota parte possint parentes filios naturales sibi haeres instituire: cuius quidem authent. dispositio est in usu, & seruatur, neque est correpta per dispositionem, c. per venerabile, qui sint filij legit. & sic obseruanda est de iure canonico, ut latius dixi sup. lib. 2. §. filius. Sed quid dicendum est de filio spurio, & sic nato ex dam-

prostituebat, & propterea filius ex ista natus certu patre offendere non potest, ei succedere minime ualet, ne quid ex testamento. Bald. in l. quisquis 5. C. ad l. Iul. maief. Ioseph. Ludou. decis. caus. Perus. decis. 18. nu. 20. Cuius haec assignatur ratio: quia quemadmodum pater per fatuitate errat recipiendo tale spurium pro filio: ita etiam errat eum instituendo in ultima uoluntate. Vnde causa illa falsa respiciens consanguinitatem, & affinitatem uiuat omnino dispositionem testatoris: quia si alias hoc certo sciuisset.

De iure civili. Imò de iure civilis haud sunt alendi a patre, §. vltra. in Authen. quibus mod. nat. effi. sui: nec nominandi pro filijs, quia reputantur infames infamia facti. Verum de iure canonico, naturali pietate inspecta, tenetur pater spurium alimentare: & illa aquitas attenditur etiam in foro seculari, vide per Rimin. iun. consil. 380. a nu. 8. vsq. ad num. 20. & per totum. Giach.

Sed pone, quod pater habens filium spurium, instituat aliquem extraneum, & c. Si alius tertius haeres patris, filium spurium testatoris instituat: hanc institutionem (cum ex ea frans praesumi non debeat) valere, praeter Bartolum, & Alexandrum hic allegatis, tenent quoque

Regulariter quidem tam spurius, quam ipsius spurij pater, habent testamenti factionem, praeter quam inter ipsos; nam pater spurij potest cuiquam in testamento relinquere, praeter quam ipsi filio spurio, & de conuerso filius spurius potest a quo cumque, excepto patre, sibi in testamento relictum capere. Poterit igitur ab extraneis spurio relinquere, vel etiam inter viuos dari quocumque titulo: ut dicit glo. in Au-

lul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil. E. 14f.